



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal:
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

5. Quae sint requisita, ut inquisitio specialis instituti possit?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

quia aliàs occulta res est, minimeque per publicam inquisitionem prodenda, sed requiritur, ut rumor de eo sparsus sit per maiorem partem viciniae, collegii vel universitatis, alias reus recte adversus inquentem excipit. 1. de famâ delicti publica. *Gl. ad cap. 1. ver. fuerunt h. t.* 2. ob causam suspicionis quam proponere potest contra Judicem *L. unica C. si rector Provincia,* ut quod inimicitias contra ipsum foveat. 3. contra inquisitionis rescriptum, & eos, qui impetraverunt, ut quod subreptitiè & subdolè impetratum, quod iisdem & aliis criminibus denunciante irretiti. 4. contra testes quod sint inducti, quod dissentientes in circumstantiis loci ad instar eorum contra Susannam *Dan: 13.* quorum unus dixit sub prino alter sub schino; item quod discordent in tempore, dum unus dicit in Februario, alter in Martio, cuiusmodi testes, revera non esse idoneos, quos varietas temporis non admittit, patet ex *ff. ad L. Cornel. de fals.*

5. Verum præter jam dicta de infamiâ & honestate testium adhuc necesse est, eum, de quo inquisitio instituitur, subesse alteri,

alteri, ut superiori suo, quia si par in pa-
 rem imperium non habet per *L. nam magi-*
stratus. ff. de arbit. & ff. ad Trebell. L. ille à quo.
§. tempestivum, multo minus de maiori mi-
 nor inquirat, *L. Min: aut Magist: ff. de Min:*
 Neceffum præterea est, ut crimina, de qui-
 bus inquiratur, sint maiora, nempè quæ
 diffimulatione dimitti non possint, ut
 sunt adulterium notorium, concubinatus
 publicus, Simonia, homicidium. &c. *cap.*
inquisitionis de accus: cap. querelam de iurejur.
 Dico notorium, quia ut dictum est supra,
 unica proclamatio regulariter non suffi-
 cit, nam neq; primus actus ad condemna-
 tionem fortè sufficit: *arg: L. nemo C. de E-*
piscop: aud: undè superior unico rumore
 moveri non debet facilè, præsertim con-
 tra eos, quos bonitas nominis & famæ
 commendat & si facit præsumitur ex pas-
 sione & levitate procedere: adeoq; mi-
 nimum ad iteratos clamores advertet. *ar-*
gum: L. fidei commissa. §. si quis. ff. de legat: 3.
 quia duplex act^o videtur consuetudinem
 inducere per *L. nemo C. de Episc: aud:* & sæ-
 pius iterato clamore præsumptio illa ces-
 sat, & præsumitur quod perseverantia sit

R

in ma-

in malo, & ideò inquisitio conceditur arg.
L. quidquid. ff. de reg. jur. DUBITATIO ex
 prædictis oritur, an Judices inquisitionis
 in Astrologos judicarios advertere pos-
 sint? Respondeo affirmativè & patet ex
 constit. *Sixti V. Pauli V. §. 2. n. 23.* & novissi-
 mè ex *Bulla Urbani VIII.* Ratio quia ut
 benè *Sousa in aphor. inquis. lib. 1. C. 48 n. 15.*
 eorum modus pronunciandi futura libe-
 ra est Reipubl: valdè periculosus, multis
 superstitionibus & illusionibus Dæmonis
 expositus: neque accusantur licet prote-
 stentur se non affirmare certò, id enim
 videntur facere ad tegendas fraudes &
 statutas pœnas vitandas. Vide *Less: de jur.*
& justitia lib: 2. cap. 4. dub. 6. n. 42.

6. Multum autem interest, an inquisi-
 tio fiat generaliter, an verò specialiter, aut
 certè modo quodam mixto partim ex ge-
 nerali, partim ex speciali: nam ad genera-
 lem inquisitionem instituendam, quando
 scilicet de personâ in genere quæritur &
 delicto in communi, ut cum superiores
 visitant loca sibi subdita, & inquirunt, num
 serventur statuta & leges, sufficit ipsum
 per se judicis officium, nullâ aliâ præce-
 dente